et competentem recedentem praesenti vero Iurisdictionem Castrensem Capitanealem Premisliensem quo ad actum praesentem attinet secum suorum bonorumque suis generationibus totaliter et plenarie incorporatis et subiciens pulsum publice libere ac per expressum recognovit. Quia ipse de manibus Generosorum Alberti Zaleski et Hedwigis Bolanska Coniugum summam Octingentorum florenorum Polonicorum se recognoscentem post Generosum olim Josephum Cieklinski Avunculum suum concernentem tulit levavit et percepit. De qua summa percepta eosdem Generosos Zaleskie coniuges et eorum posteros quietat emittit liberamque et absolutos perpetuo pronunciat recognoscens sibi summam supra scriptam realem praestitam esse persolutionem.

# Zaleskie Conjuges Polanskim Conjugibus Debent

Comparentes personaliter coram Officio et actis praesentibus Castrensis Capitanealis Premisliensis Generosi Albertus Zaleski et Hedwigis Bolanska Coniuges Unius et quidem consors cum eiusdem mariti sui Utitutoris coniugalis assistentia et Ultroneo ad infrascripta regendam consensu sanimentibus et corporibus existentes a terris Dictibus iuribus Iurisdictionibusque suis quibusque propriis et competentem recedentem praesenti vero Iurisdictionem Castrensem Capitanealem Premisliensem quo ad actum praesentem attinet secum suorum bonorumque suis generationibus totaliter et plenarie incorporatis et subiciens pulsum publice libere ac per expressum recognoscentem et quilibet illorum seorsim suo pro intere esse recognovit. Quia ipsi Nobilibus Josepho Bolanski et Hedwigi Zaleska coniugibus Unius eorumque posteris summam Noningentorum florenorum Polonicorum monetae et numeri in regno currentis florenorum quemlibet grossis triginta Polonicis computatis et numeratis certi veri iusti et liquidi debiti mutuatamque apud pios per se regentes pecuniam tenetur atque debet. Quam quidem summam supra scriptam Noningentorum